colorchecker CLASSIC
x-rite
mm

(cm)
0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20



755

10634.

5083

X Veme N.o ~~233~~ 755.

Table des matieres Contenues en ce volume.

1.o Joannis Diophilacos Christomachia page 1.
2.o Macarius Mutius de triumpho Christi.
Matthaei Bossi de passione Christi Sermo page 66.
3.o Triumphus Christi carmine descriptus per Macarium Mutium page 90.
4.o Passio Jesu Christi a Dominico Mancino carmine descripta page 98
5.o Baptista Marchio historia flendae Crucis Jesu Christi page 132.
6.o Jesuida Hieronymi Piduani ad Petrum Donatum page 149.
7.o Janus Henricus Scroterus de Gustrow, historia Passionis Jesu Christi page 164
8.o Petrus Gellerus de morte Jesu Christi ad vitam revocati &c carmen. page 168.
9.o Piae Musae per ferales Majoris Hebdomadae dies exercitatio page 172.
10.o Incomenza la passione di Christo historiata in rima vulgari page 182.

11° Joannis Ludovici Vivis opuscula duo
Jesu Christi Triumphus. et Maria
Parentis ejus ovatio page 196.
12° Discorso del N. Gioseffo Zarlino da
Chioggia &c. page 210
13 Discorso fatto dal Alessio Porri sopra
i miravigliosi segni e miraculosi prodigii nella
morte di N. Signore page 246

Dominici Mancini de passione domi
ni nostri Iesu Christi liber incipit.

Propositio.

n On hominū laudes: nec fortia facta viroꝝ
Promere nūc meditor: mlto maiora r̄ferre
Cōcepi: Nā gesta dei: qui e/ virgine matre
Natus homo/ terras sese demisit ad imas:
In mediū insolita cupio memorare camena:
Nec series rerum gestarum tota canēda est:
Sed mors: et cause mortis referentur iniquæ
Quam voluit christus pro toto pēdere mūdo/
In cruce: iudee pilato preside terre.

Inuocatio v̄ginis: et Euangelistarum:

v Irgo faue ceptis queso sanctissima nostris:
Cuius opem supplex frustratus nēo vocauit:
Me rogo concilies nato: mysteria cuius
Aggredior: Vires mihi det conatib⁹ æquas:
Det mentem stabilē duros perferre labores:
Euadam vt voti compos: quo scribere possim
Quod mihi corde sedet: qd̄ tota mente voluto:
Scribere sit mihi fas/ non vllo numine leso
Quicquid diuino nuper calefactus amore
Spiritus admonuit: non hec audacia culpæ:
Nec data sint vitio que scribā carmina vates.
Sit labor hic superis gratus: populisq; futurus
Vtilis: ut capti primum modulamine musæ/
Admittant sensim christi subeuntis amorē.
Et vos o fidei q̄ lucentissima nostræ
Lumina: Ioannes: et Luca: tu q̄ Marce:
Mather sotii: de christo vera loquti:
Este duces vato vestigia vestra sequto:
Versibus vt possit cōstringere quicquid vbiq;
Sparsistis variis cōcordi mente libellis:
A serie ne sim lapsus: ne sarcina carnis
Obsistat sanctis gerimus que pectore votis.
Dicite sed p̄mū causas: q̄bus impia gens est

126 p5

In facinus tantum: tantum quoq; lapsa furorē :
Vt xp̄o immeritā cōquireret vndiq; mortem.

De causis in genere: q̄bus p̄ncipes Sacerdo
tum moti/ Mortē in christū sūt meditati.

f Eruebāt totū miracula clara per orbem:
Q̄ue dabat in populos diuulgās noia p̄fis
Christus: et obiurgās iudeū criminaverbis.
Pontificū nūlli parcit: nulliq; minorum:
Dū mala condēnat: dū que sūt optima mōstrat.
Iā pars magna deū plebis veneratur: adorat:
Cū videat multos fuerant qui lumine capti/
Optata excussis nuncvti luce tenebris:
Cunq; olim mutos spectet nūc munere lingue
Fūgier: et certas voces resonare loquentes.
Cernebat pariter nonnullos liminavitæ
Transgressos/ rursus vitali vescier aura:
Infernasq; domos linquentes surgere viuos.
Tū qui non poterāt pelli de corpore morbos/
A christo pulsos: qui ventis imperat ipsis:
Et mare tranquillum sub tēpestate reducit:
Qui potuit plantis æquor pcurrere tutus:
Panibus et quinis qui milia quinq; virorum
Expleuit: lymphas qui in bacchica munera vertit:
Erexit claudos: et surdis reddidit aures:
Corpora spiritibus soluit vexata malignis:
Turba sacerdotum contra irritata fremebat:
Talia q̄ christus faciat: q̄q; ipsa notata est
Luxurie: fastus: et rerum turpis amoris:
Sed mage ne xp̄o credat plebs tota/ verent:
Atq; ideo spreti/ toto spolientur honore:
Nāq; vident/ populus q̄ iā studiosius audit
Verba dei: sacro loquitur quæ filius ore:

De Consilio a Iudeis inito: et Primo eo
rum conatu: vt christum ca perent.

d Vm timor hic igit̄ cruciat: liuorq; purit
Pectora pōtificū: cæperunt querere causas:

Vt dānarevirum posſent:et tradere morti.
Cumq; dies festus/quem cenophegia dicunt
Luxisset:famulos mittūt cōprendere christū:
Dum docet in templovenientesvndiq; turbas:
Sed quia præscriptæ mortis nōvenerat hora:
Qui fuerant missi non hunc tenuere ministri.

De duabus aliis causis in specie:et conatibus Iudeorū:ut Xp̄m lapidarent.

q Vin etiam rursus cum circūstāte caterua/ Io. viii°. circa
Diceret:haud habraā fuerat q̄ tp̄e iā sū: finem.
Sed prior ipse fui:Succensi protinus ira
Accurrunt:lapides quo iactēt:agmine facto:
Obrutusvt iactis pereat sub pōdere saxis:
Sed fugiens latuit Iesus:temploq; recessit.
Nec minus et lapides iterū iactare parauit
In Iesū:exanimem mittat quo prorsus ad orchū Io. x°. circa fi
Gens fera:q; Iesus dixit presente corona: nē capituli
A patre non aliuē sum natus:sed sumusvnū:
Et pater est in me:pariter sum natus in ipso.
Nec tamē iniecit lapides:sed seipsa repressit
Q̄ manibus prensum sperauit turba tenere.
Ille sed e/manibus lapsus:se ad tuta recepit:
Et fugiensvltra iordanē:littus amauit:
In quo baptizans ioanes ante manebat:
Ad quem mirātes multivenere:fidemq;
Exhibuere suis dictis:precepta sequētes.

De Resurrectōe Lazari potissima causa mortis xp̄i:Caiphas sacerdos officio vtiē pphetico:z in xp̄m cōspirat.
Xp̄us cū sotiis fugit invrbē effrem.

Nterea dū littus amat:tutosq; recessus
Incolit a/Marta:Mariaq; sororib⁹ecce Io. xi. p totū.
Nuntius affertur:quo iā properare rogabāt/

Bethaniam vellet/castellū: Nanq; laborat
Lazarus e/morbo grauiter: mortēq; timebāt.
Is fuerat frater Marthe: Marieq; sororum:
Quos oēs miro christus dilexit amore:
Id quoq; castellum solima distabat ab vrbe
Octonis stadiis: quod sub ditione tenebant.
Nomine cōmuni/solo cum fratre sorores.
Audiit vt christus quia corpore Lazarus egro
Esset/adhuc binas cessat discedere luces
Consulto: mox inde suis nos inquit oportet
Tēdere bethaniā: (prorsus mora cesset) eam⁹.
Respondēt illi non æqua id mente ferentes:
Cum lapidū memores essent/actiq; furoris/
Illuc ire paras? vbi nuper perditus esses:
Huc nisi fugisses: Credis q miserit iras
Gens infensa tibi? Sed christus reddidit illis.
Dum lux est terris graditur quicunq; viator:
Sed cum nox venit: sistit: tectoq; quiescit:
Lazarus in sōno ē: Vadā quo surgat: et illi
Respondent: igitur (quia credūt esse quietis
Sōnum) q cepit languens dormire) valebit.
Rem tūc explicuit. Defunctus munere vitæ ē
Lazarus: et letor: quo vos credatis: ad illum
Iam carpamus iter: venerunt ergo ꝓfecti:
Quatriduo clausus cum iam tellure fuisset:
Nec tamen aduenies Castelli menia ꝓmum
Intrauit Iesus: propius sed constitit illud.
Tum forte aduētus Marthæ puenit ad aures
Ante alios: aures nāq; illa arrecta manebat.
Obuia tum cūctis dimissis sola cucurrit
Menia preteriens vbi coram cōstitit illa:
Tūc lachrymās inquit: frater nō mortu⁹ esset:
Si domine hic pñs illo languente fuisses.
Sed quodcunq; deū posces: (nō tēpore serū ē)
Omne dabit nato: nihil ē quod deneget ille:
Respondit dominus: iam frat̄ Martha resurget:
Et viuet rursus. fateor tūc illa: sed id cum

Cōsurgent omnes: aderuntq; nouissima mundi.
At dominus referens: Ego sū surrectio: vita:
Quisquis me credit viuet reuocatus ab orcho
Si sit iam fūctus: nec si fit viuus/ obibit/
Eternum: credens sed mecū vixerit omnis.
An mihi que dico credis? Tunc annuit illa.
Atq; abiens properat Marie narrare sorori/
Aduentum domini. Spem ꝓcipit int eundū:
Attamen et metuit. Superat spes ipa timorē.
Tunc maria in mediis domib? ꝓmœsta sedebat:
Quam stantes circū consolabantur amici:
Quiq; e longinqua fuerant regione profecti:
Que subito vt tacito monita é: velocior aura
Currit: et egrediens portas cito ꝓstitit illic:
Xp̄us vbi stabat: qui nō dū venerat intro:
Hanc et que circū fuerat/ tūc turba sequta é
Ploratū ad tumulū nā tendere quisq; putabat.
Vt stetit ante pedes: cecidit: sublapsa: iacēsq;
Ceu foret exanimis (tāto cōfecta dolore est)
Vix inter lachrymas fatur: non frater obisset
Si dum languebat pūs hic christe fuisses.
Hanc spectās iesus plorantē funera fratris:
Que laniata comas complebat plāctibus auras:
Spectās ꝛ meste lachrymātia lumina turbæ/
Vocibus et palmis testantis corde dolorem:
Infremuit grauiter turbatus pectore toto:
Versus ad astantes/ inquit: mōstrate sepulchrū:
Quo posuistis eū: Ducūt tūc ocyus ipsū
Ad tumulū flētes: et tunsi pectora pugnis:
Nec tenuit lachrymas pergens: qn pectore rursus
Infremuit tumulū spectans: turbeq; frequēti:
Tollite ait lapidē: lapis est nā desup ingēs
Spelūce: qua corpus erat: Sed martha vetabat
Id fieri: ne turba graui premeretur odore:
Quatriduo iacuit dicens: fetetq; cadauer.
At dns cōtra/ Martha conuersus ad ipsam:
Nonne ego te monui toto si pectore credas?

Qō liquido cernas q̄ magna ē gloria patris?
Post oculis cælū dñs suspexit: et inquit:
Gratia sūme pater tibi sit: quia postulo siquid
Das mihi: post magnā misit sic pectore vocē:
Lazare surge: foras prodi: Tunc lazarus ipe
Paulatim mēbra attollens: se erexit in altū:
Tanq̄ de sōno surgat. sic ossa tremebant:
Sic titubant arctus: et nutat pondere moles.
Vt solet in longa passus ieiunia febri:
Sed cōsuta tenet pedibus manibusq; ligatū
Instita: tum facie ꝑstringunt linthea vinctā.
Soluite ait dominus: Postq̄ fuit ille solutus/
Astitit incolumis: ceu nunq̄ mortuus esset
Lazarus: atq; iterum viuis se miscuit ortus.
Hec fieri vidit iudeū maxima turba:
Credidit atq; vidēs: Sed qdā tūc phariseos/
Pontifices q; adeūt: Narrāt que gesta fuere.
Conciliū cogūt illi: dicūtq; vicissim:
Quid facim⁹? nā signa facit: si mittimus illū
Sic: omnes credent. veniet romana potestas:
Atq; locum nostrū/ tollet tum deniq; gentē:
Tuncvnus Caiphas ex ipis munere fungēs
Pōtificis: tanq̄ vates: hec protulit ore:
Expedit hocvobis pro tota gente: q; vnus
Occidat: vnius populus sit morte redēptus:
Ne gens tota cadat. Sic sic est ille ꝓpheta
Impius exorsus: Nā nō hac mēte ferebat
Vt credat populi sic consuluisse saluti:
Sed quia tunc sūmus redimiē honore sacerdos/
Res fueratveras mēdaci corde loquutus.
Ergo iā ex illo iudei tēpore querunt:
Vt perimāt hominē. dederant mādata ꝑ oēs
Finitimas oras: vt siquis viderit ipsum
Indicet: vt capiāt. Xp̄us secreta petebat
Non ausus prodire palā: se cōtulit effrem
Cū sotiis vrbē: procul ad deserta remotā:

De festo pasche: ⁊ reditu xp̄i in Bethaniā
De ꝯuiuio Simōis: ⁊ vnguēto Marie magdal.
De admurmuratōe discipl'oꝝ ꝯt̄ Mariā.
De pactiōe Iudæ cū p̄ncipib⁹ de xxx. denariis
De ꝯsilio a iudeis inito etiā ꝯ̄ Lazarum.

a T dū lōginqua christus regiōe morat̄:
Ecce ꝓpinquabat festū solēne: quot ānis
Qđ iudea colit: Phase dixere vetusti:
Post alii dicūt trāslato nomine pascha:
Transitus at nostri possēt trāsferre latini:
Nā deus ægyptū ꝑ totā transiit/ omne
Percutiens p̄mogenitū/ discrimine nullo:
Seu foret illud homo: seu brutum morte ꝑemit:
Postq; dies septē populus transiuit/ et ipse
Liber ab egypto: multos vbi subditus annos
Seruierat. nomē dederat res ipsa diei:
Propterea ex veteri seruato in secula ritu/
Azima septenis editur tunc esca diebus:
Inq; die quarto decimo subvespere/ mēsis/
Quē dicūt illi primū (Nos noīe martis
Dicimus) incipiūt tales producere ritus.
Gens tota in primo de septem vescit̄ agno
Assato: pariter lactucas mādit agrestes.
Quēq; vorāt agnū/ soliti sunt pascha vocare:
Cuius nil reliqui debet vescētibus esse:
Ossa nec in toto fuerat fas corpore frangi.
Mos autē fuerat iudeis tēpore prisco/
Ante diē festū solimoꝝ tēdere in vrbem/
Vt se sāctificent: et iā conuenerat illo
De tribubus cūctis/ nō enumerabile vulgus/
Qđ quia de xp̄o partim rumore ferente
Audierat: partim corā cognouerat ipsum:
Cū studio tantū querūt audire prophetam:
Quē cū nō videāt in templo more docentem
Iam solito: passim mixto sermone loquūtur:

Io. xi. circ̄ fi.

De Pascha Agno ⁊ azimis viđ Exo. xii°

Io. xi. circ̄. fi.

Dicētes quidnā cauſevos eſſe putatis?
Ille die feſto q̄ non conuenit advrbem:
Per ſex paſcha dies aberat: cū xp̄us in oras
Bethanie rediit: Subiens qui tecta Simonis
Leproſi cōuiua fuit: tūc Lazarus ipſe
Affuit infernis nuper reuocatus abvmbris:
Et de conuiuis fuit accumbētibus vnus.
Martha miniſtrabat menſis/opoſa recurrēs/
Nunc huc nunc illuc: illis dumvina ꝓpinat
Sollicita: et lautis dapibus dū pficit orbes.
Sed maria eſt aliis hoc tp̄a dedita curis:
Nam tulit vnguentū p̄cioſū pondere libræ:
Quod ſpico et nardo factū/ fragrabat odorem:
Pyxide mox fracta qua claudit ex alabaſtro
In caput effudit domini cenantis: ⁊ inde
Prona/pedes vnxit: terſitq̄ ſubinde capillis:
Ex quo tota domus mirum perſenſit odorē.
Hæc cū diſcipuli vidiſſent ore fremētes/
Aduerſus Mariam tacito ſic murmure ſecū
Obtrectant omnes: ad quid diſperdidit illud?
Q̄d potuit melius precio diuendere multo:
Et dare pauperibus: Sed iudas q̄ ſcariotes
Dictus: et ex omni numero qui peſſimus vn⁹:
Verba palā cunctis audaci protulit ore.
Cur non tercētum nūmis hec vendita merces?
Vt data ſit potius quibus hec debeā egenis.
Non autem dixit: quia ſit ſibi maxima cura
De miſeris: imo loculos quia falſus habebat:
Et de donatis partē fur demere rebus
Eſt ſolitus: tantā doluit fugiſſe rapinam:
Quod cū vidiſſet Ieſus: ſic fatur ad illos:
Cur hanc non ſinitis? Cur pergitis eſſe moleſti?
Nāq̄ op⁹ ip̄a bonū mulier mō contulit in me:
Quippe inopes mītos vos ſemp habere poteſtis:
At me nō veſtrum ē/ vobiſcum ſp habere:
Quod potuit fecit: p̄uenit inungere corpus:
Officiūq̄ meo ſoluit nunc ipſa ſepulchro:

Io. xii. circa ꝓncipiū capi. Mar. xiiii. circa ꝓncipiū diſcordat tñ q̄a dic̄ p⁹biduū. Math. xxvi° in ꝓncipio

Tunc abiit iudas ad primos: et phariſeos — math. xxi.
Ad quos ſic inquit: Pretii quid traderevultis? — Marci. xiiii.
Ipſe ego ſi tradā cupitis quē prendere chriſtum?
Triginta ſtatuunt illi tunc ſoluere nūmos
Argenti: Tanti eſt chriſtus diuēdita merces.
Inde modū querit iudas: quo tradere poſſit:
Nanq; timet quēq; faciat ne turba tumultū.
Et quia per totā iudeam fama vagata eſt: — Iohan. xii. cir
Qđ tunc bethanie cum chriſto lazarus eſſet: — ca ꝓncipiū
Quē modo de tumulo functū reuocauerat atro:
Vndiq; turba ruit ſtudio cōmotavidendi
Hoc facinus tm̄ capiuntvix tecta cateruas:
Propterea pariter turbati tunc phariſei:
Et tibi crudelē meditantur lazare mortem.
Nam tua cumvideant turbe miracula/credūt
In chriſtum populis credendi maxima cā es:

Ieſusvēit in mōtē oliueti ſedēs ſup pullū aſine
Turba comitaf ieſum intrantē hieruſalē
Ieſus aſpiciensvrbem futura predicit:
Ieſus intrat tēplū: et expellit vendētes et emē
tes ſubuertens cathedras:

p Oſtridie ab hierico xp̄s dū pgit invrbē: — iohan. xii. ibi
Iam ꝓpe caſtellū bethphage noīe dictū — incraſtinū āt
Venerat: et meditans aduerſū ſcādere culmē — cc. circ ꝓnci.
Montis oliueti: qđ deſup eminetvrbi: — Lu. xviii. cir
Ad ſociosverſus/dixit ſic ille duobus: — ca mediū ca.
Ite in caſtellū: qđ cōtra eſt: ſoluite pullum: — Marci. xi. in
Atq; aſinā: biuio primū quos forte ligatos — principio.
Cernetis. propere ducatis protinus ad nos. — Math. xx. in
Siquis fortevetetvos ducere: Dicito/nr̄o — fine. z. xxi. in
Sic opus eſt dn̄o: ſubitovos mittet abire⁹ — principio.
Sic faciunt iuſſi: quē nemo aſcenderatvnq;
Perducunt pullum: ſternunt quēveſtibus illi:
Poſt ſup imponūt dūm: greſſumq; ſequunf:
At comites turbe ſternebant ſtrataviarum

Veſtibus:aut patula dēptis ex arbore ramis/
Ornabant paſſim qua tranſitus eſſet eunti.
Preterea populi/quos feſtum traxit inurbē:
Cum noſſent dñm certo rumore venire:
Accipiunt ramos palmarū/ſigna ferentes
Letitie:et facto ſic ordine leta iuuentus
Obuia procedit:Sed cum deſcēdere colle
Sed cū ⌋Lu. xviii.circa fi Iohan.xii.cir ca mediū. Cæpiſſent turbæ:propiuſq; accedere portas
Tūc q⌋mar. xi. in p̄ncipio Mathei.xxi. Tunc qui precedunt:ſimul et qui terga ſequūt/
Dū veniē⌋lu. .xviii.circē fi. Ore ferunt laudes/alta ſic voce canentes:
Nomine qui dñi veniſti/ſis benedictus
O ſanna o fili:Dauid:o qui maxima terris
Pax et in excelſis ingens es gloria rebus.
Dum veniē ieſus ſpectauit deſupervrbē
Et fleuit dicens:quia non tua tp̄a noſti:
Nec fuit auditus tibi qui cōferre ſalutem/
Venerat:aduenient hoſtes:qui meniavallo
Circundent:duraq; fame te protinus arctent:
At po.⌋ma- thei.xxi. circē p̄ncipium. Quiq; ſolo muros æquent:et corpora perdāt:
Non in te lapidē lapidi ſupereſſe relinquēt.
At poſtq̄ intrauit ieſus comitāte caterua
Menia:continuo murmur p̄uaſerat vrbem
Attonitā;tantum miraē quiſq; tumultum/
Nec mora.⌋ lu.xviii.circa finem ca. Ambiguus tantos cui plebs p̄ſtaret honores.
Is ſubiens tēplum/primū circunſpicit illud.
(Nec mora)de tēplo/vendentes expulit oēs.
Marci.xi.Sꝫ tñ dicit ℔ fcm̄ in die ſequēti Mat.xxi.cō cordat cū lu- ca ℔ fcm̄ ī die palmarū. Expulit et pariter quoſcumq; inuenit emētes
Inde trapezitum mēſas ſubuertit:et idem
Subuertit cathedras qui vendunt ære columbas.
Ad quos ſic inqt. Scriptum monumēta reſeruāt
Q̄ domus orātum mea ſit:ſic ipſa vocata eſt.
Sed vos ſpelunce latronum redditis inſtar.
Non decus eſt ſummi:nō hec eſt gloria patris.
Mathei.xxi. Betha.⌋Ma th.xxi.cē me Mar.xi.circē principiū. Tunc etiā greſſum claudis:et lumina cecis
Reſtituit/variis languētia corpora morbis
Curauit. Demum ſub veſpere tecta reuiſit
Bethanie.Nā ſemper ibi domus hoſpita certa ē.

Hinc repetit prima templū sub luce sequēti:
In quo multa docet corā tentātibus illis:
Vt possint aliquo xp̄m deprendere verbo.
Pōtifices igit̄ querebant ꝑdere iesum:
Sed dubii ignorant: quo pacto sit peragendū:
Nāq; vidēt totas post xp̄m pergere turbas:
Suspēsasq; hominū mētes sermone teneri:
Qui fluit a sacro dñi saluberrimus ore:

Pōti ⌋.lu.18. in fine. Io.xii circ. medium marc.xi. circ̄ mediū. Idem mar.iz.ꝛ.14. Math.xxi°: in fine ca.

Ih̄s facit pascha cū discipl̄is suis et eorum pedes lauat. Ih̄s p̄dicit se t̄dendū eē: ꝛ in cēa sac̄mēta ī stituit corpis ꝛ sāguīs.

e T iā festa dies aderat: cū pascha solebat
Occidi domibus: parit̄ cū quisq; iubet̄
Azima sinceris epulari: munera mensis.
Tūc adeūt christū sotii sic ore loquti:
Ecce dies venit: qua sūt solēnia pasche:
Cū iubet assato ritus nos vescier agno:
Si placitū/dicas: vbi vis tibi pascha paremus:
Tūc ille ad petrū et ioānem/tendite in vrbem
Dixit: et occurret vobis: qui forte lagenā
Portat aquæ: vestros post illū tēdite gressus/
Vsq; domū: quācunq; subit: subeatis et illā.
Dicite tunc dño: iussit nos ire magister
Ad te: qui dicit nobis cenacula monstres:
In quibus hoc hodie possimus pascha pare:
Ostēdet mediis/stratā penetralibus aulam:
Illic quicqd opus nobis: sotiisq; paretis.
Sic faciunt illi: Venit cū tempus edendi/
Accubuit medius circū accūbentibus illis.
Et cum cenarent: sacro sic incipit ore:
Cum desyderio vobiscū hoc pascha cupiui
Māducare prius: q̄ sim mea funera passus.
Nāq; illud posthac comedā non amplius vnq̄:
Donec plena mei patris sint omnia regno:
Tum calice acceptovinū partit̄ in omnes:

math.xxi. ibi p̄ma aūt die azimoꝝ. ma.14. ibi Et p̄° azimoꝝ luc.xxii ī p̄n°

Luc.xxii.

Et dixit: posthac nunq̃ de hoc flumine vitis
Ore bibam: donec omnes nouavina bibamus
In domibus patris nostri/cum pace recepti:
Io. xiii. in p̃n° Sol⁹ Io. dicit de lotõe pedũ
Post paulo assurgens cum nõ dũ cena pata ẽ:
Deposuit vestes: et sese lintea circum
Succinctus/properat lympbas infũdere peluim:
Discipulisq̃ lauare pedes: et tergere panno:
Quo p̃cinctus erat: quos ordine dũ lauat oẽs:
Ad petrum venit: Turbatus dicere petrus
Incepit: pedibus mihi fas est ipe ministres?
Cui referẽs iesus: que nunc mysteria fiant
Ignoras prorsus: Liquido post omnia nosces:
Quare extende pedes pariter tibi petre lauãdos.
At petrus hec renuit: tanq̃ q̃ indigna recusat:
Eternũ dicens: nunq̃ me christe lauabis:
Ad quẽ sic xp̃us: Si te nõ lauero petre
Non tibi pars mecũ fuerit: tunc ocyus ille:
Nõ pedibus tantũ lymphas mihi sparseris: imo
Et capiti et manibus fontes et flumina fundas.
At cũ lauisset: vestes mox ille resũpsit.
Et rursũ mense accũbens: hæc ptulit orsus.
Vidistis nuper quevobis ordine feci:
Dũ pedibus lymphas sparsi: dũ colla subegi:
Quãuis sim dñs: sim q̃uis ipse magister.
Nẽpe exẽpla dedi: qõ fecivtvos faciatis:
Alter vt alterius sit seruus: sitq̃ minister.
Qui maior vestrum ẽ: similis velit esse minori:
Et qui precedit: fiat velut ipse ministret:
Non dño maior seruus: mittente nec ipso
Est maior missus: Quare faciatis et ipsi
Ipse ego quod feci: dominũ quẽ dicitis esse.
Hinc panẽ accepit: quem fregit et benedixit
Post tribuẽs illis inquit ĩa sũmite corpus:
Nãq̃ meũ vere corpus/qõ sumitis/hoc est:
Qõ daf ad mortem provobis: ne pereatis:
Hocq̃ mei memores post sempvos facietis:
Sic etiã calicẽ sũpsit cenatus: et inquit:

Distribuens illis/ex hoc simul ore bibatis:
Nam meus est sāguis pro multis qui redimēdis
Fundetur populis. Cæpit data munera quisq;
Sanguinis:et carnis:multo veneratus honore.
Et subdit verum voluivos ante monere
Quod cito iam fiet:capiti quod protinus instat.
Me/vestrum tradet mecum qui vesciť vnus:
In mensa manus est eius:comeditq; bibitq;
Insimul hoc tantū versat qui pectore crimen.
Quod cum dixisset:vario cū murmure tristes
Turbantur sotii:Quis'nā foret ille nefādus
Inter se querūt:Dominū sic quisq; rogabat:
Nunquid sum dicas? Dominus sic reddidit illis:
Qui simul ē mecū:immittitq; parapside dextrā.
Is dominū tradet:Sed multo sāctius esset:
Si nunq̄ natus tetigisset munera lucis:
Respondit iudas:facinus qui corde gerebat:
An ne ego sū Rabbi?cui dixti retulit ipse.
Preťea ex sotiis quidā/quē christus amabat:
Forte sinu domini tristis recubabat:at illum/
Admonuit nutu petrus:quis proditor esset
Vt querat:de quo dñs sentiret:et ille
Incubuit supra pectus:dominūq; rogauit/
Quis foret is:Tacito respōdit murmure christ⁹.
Cui panē intinctū dedero/mihi proditor ille ē
Et subito intinctam iude porrexit ofellam.
Adiiciens propera quicquid facturus:abiq;:
Is subito exiuit:potuit nec noscere quisq̄
Ex sotiis:quid v̄ba dei sic dicta iuberent:
Sed quia nūmoꝝ loculos is forte tenebat:
Crediderāt quidā:q; quid mādasset emendū/
Quod tūc festa dies:solēneq; pasca requirat:
Aut dare de loculis quicq̄ mādasset egenis.

Iesus secedit in villam Gethsemani in mōte oliue
ti:Ihs orat ter in orto.et sanguinē sudat p̄tristitia
Iudas vēit cū cohorte:Xp̄s capiť:et Petr⁹ āputat
aurē Malchi sui.

Io.xiii° circa medium.

Math.xxvi. mar.xiiii. p Oſtq̃ ſic fatus: Dixerunt ordine laudes
Poſt epulas dici ſolitas: cū mēſa remota ē.
Hinc iter ad montē carpunt: cui nomē oliue
Luc.xxii. Indiderant: illic nam pernoctare ſolebant
Interea ad ſocios loquit̃: ſic inter eundum.
Omnes hac in me facietis ſcandala nocte:
mathei.xxvi Nā ſcriptum eſt pecudes ſpargi: ſi vulnere paſtor
Percuſſus iaceat: Vobis predico ſed illud:
Qō cum poſt mortē/ viuētia mēbra reſūmā:
Tunc aderovobis precedens in galilea.
Ad quē ſic petrus: q̃uis defecerit omnis:
Ipſe tamē poſſim patiens occumbere tecū:
Ne tibi deficiā: Reliqui promiſſa ſequntur.
Tunc petro ieſus: quin me ter nocte negabis/
mathei.xxvi. Hac prius; acclamās q̃ gallus murmure cātet.
Poſtq̃ veniſſent in villam nomine dictam
Gethſemani: dixit ſociis tellure ſedete:
Donec non longevadam: quo pronus adorē:
Et comites petrum: tum natos e zebedeo
Luc.xxii. Aſſumpſit: pergens tantum pgreſſus ab illis/
Iohan. xviii. Quātum quis iactu lapidē torq̃re lacerto
Poſſet: et exiguum torrentē nomine cedron
Tranſgreſſus: ſolitum ſubit quē nouerat ortum:
Poſt ait ad comites vultus mutatus/ et ora:
Eſt aīa ad mortē multa formidine triſtis:
Siſtite vos vigiles hic: pcedenſq̃ puſillum/
In faciē cecidit pronus: ficq̃ incipit orans:
mathei.xxvi. Sūme pater: qui cūcta potes/ rogo trāſſer amarū
Hunc calicis potū: Si vis hec tranſeat hora:
Non tamē ut vellē: ſed ſit tua facta voluntas.
Sic poſtq̃ oraſſet: petrū/ ſotioſq̃ reuiſit:
Qui pre triſtitia lapſi/ ſua mēbra quieti
Iam dederant: altum carpētes murmure ſōnum.
Et dixit petro: non vna peruigil hora
Eſſe potes mecum: vigiles orate: malignus
Nevos ſeductor tentet. Nam ſpūs ipſe
Promptus adeſt infirma caro fragiliſq̃ labanſq̃.

Atq; iterum rediens sermonem orauit eundem:
Sed repetens sotios:claudentes lumina sõno
Inuenit:fuerant oculiq; sopore grauati.
Hinc rediit rursus que sunt orata perorans:
Tũc iacuit multo mens consternata timore:
Factusvt exanimis/penas dũ cordevolutat:
Frigida sudarunt nã lasso in corpore mẽbra:
Tum quoq; qui mlto'manauit flumine sudor/
Is ceu sanguis erat:tram defluxus ad imam.
Angelus e/sũmovenit tunc lapsus olympo
Solatus dominum:qui iam se fecerat agnũ:
Et demum ad sotiosveniens/cõspexit eosdẽ/
Comprẽsos sõno:fatur quosvoce benigna:
Dormite o sotii:simul et requiescite lassi:
Sufficit. Eccevẽit tẽpus:iãq; hora propinquat:
Qua dabor in manib9 peccantũ:Surgite eam9 :
Nam prope qui me tradet adest:Illoq; loquente
Eccevenit iudas p̃mus:Ducitq; cohortem
Fustibus et gladiis cinctam:quã concio p̃dẽ
Seua sacerdotũ dederat:Tunc lumina p̃stant
Ignibus accensis laterne/nubila noctis
Vincẽtes:facinus peragit dũ turba cohortis.
Militibus signum dederat:quẽcunq; fuisset
Amplexus/caperẽt illũ:vinctũq; tenerent:
Accedens igiẽ/christũ falso ore petiuit:
Et dixit Salue Rabbi:cui christus amice
Ad quidveniisti/fatur?Sic p̃dimur abste?
Oscula dũ prestas?Procedẽs obuius ipsis
Militibus seuis:Sedvos quẽ queritis inquit?
Ii referũt Iesũ:quẽ nazareth edidit olim.
Ipse ego sũ Iesus dixit:Tũc turba retrorsum
In tram cecidit:Xp̃us quem queritis ipsi/
Rursus ait:Xp̃o sicut respondera ante/
Turba refert:Iesũ quẽ dicũt Nazareth ortũ.
Ecce ego sũ Iesus:dixi:non ipse negaui.
Sed si me petitis:sotios mittatis abire.
Tunc armata cohors propius/seuusq; tribun9

[Illo]
Mathe9 xxvi
Marc9. xiiii.

Rabbi] Ma
the9. xxvi.
Marc9. xiiii.

Retrorsum]
Io. xviii.

Acceſſit:Seui propius ceſſere miniſtri:
Math.xxvi. Iniiciuntq; manus:nectentesvincula capto.
Marci.xxiiii Tū petrus exemit gladiū quē forte gerebat:
Principis et ſeruo qui dictus noie malchus/
Amputat auriculā:multo cum ſanguine dextrā.
At ieſus petro:Gladiū conuerte coruſcum:
Condeq; vagine:Nam quiſqs ceperit enſem:
Vt quēq; perimat:gladio ſimul ipſe peribit.
Non ne putas patrē p̄cibus me flectere poſſe?
Qui mihi biſſenas legiones mittet ab alto/
Præſidio angelicas:et plus ſi plura rogabo:
Sed quonam pacto/ſi contra fata reluctor?
Scripta ꝑphetarum fuerint impleta ſacrorū?
Me/bibere hūc calicē/genitor qūē miſit/oportet.
His dictis tetigit Malchi qui ſaucius aurē:
Et mox incolumem fecit:poſtverſus ad illas
Sic inquit turbas. Tanq; iam latro fuiſſem/
Ad me precincti gladiisveniſtis:et armis.
Nonne egovobiſcumverſatus tp̄e longo:
Et ꝑpe quaq; die ſtabam:temploq; docebā?
Cur me non captum tenuiſtis?nulla facultas
Luc.xxii. Nempe fuitvobis:quia nō dū dicta ꝑphetum
Ordine p̄ſcripto fuerāt impleta:Sed hec eſt
mathei.xxvi. Que primumvobis tenebrarū facta poteſtas.
Marci.xiiii. Tunc fugiunt comites:xp̄o inter tela relicto:
Diſcipuloſq; ſui ſubiit non cura magiſtri:
Marci.xiiii. Sed tamē ex illisvnus:Cui iunior etas/
Captus ab armatis:prenſa dumveſte teneē:
Labiē e manibus nudus:veſtemq; reliquit.

Ieſus duciē ad Annā:⁊Petr⁹ ꝑmo negat ieſū.
Ieſus mittitur ab Anna ad Caiphā:et falſi teſteſ
producuntur contra eum. Petrus iterum atq; ite
rū negat ieſū:Gall⁹ cātat: et Petrus amare flet:

d Vciē ergo manus ieſus poſt terga reuinct⁹
Iohā.xviii Ad ſocerū caiphæ primo:qui diciē ānas.

At petrus a longe sequitur:comitaf et illū
Alter discipulus:qui iā notissimus olim
Pōtifici fuerat.Solus quiq; atria primum
Cum turbis subiit.Petrū post duxit et intro/
Fretus amicitia seruātis limina portæ
Ancille:que intrarevidens tūc atria petrū/
Contēplata virū/dixit:sed'nunqd et ipse es
Huius discipulus?Nō sū respondit ad illam
Petrus:et ad prunas(fuerat nā frigus)adiuit/
Se miscēs aliis:aderāt qui in corte ministris.
Postq̄ sic dominus vinctus pductus ad annā : Io.xviii.
Hūc ille interrogat:qui sint sua dicta sequētes
Discipuli:et que sint illis que dogmata mōstrat.
Cui Iesus:coram mūdo pūte loquutus/
Sum nihil occulte:Nā tēplis et Synagogis
Dogma dabā populis. Ex ipsis querite quid sit :
Pōtificis quidā seruus tunc pcitus ira/
In facie xp̄m palma percussit:et inquit:
An sic pontifici respōdes? Talia contra
Verba dedit Iesus:Si sū male fatus/id ipm
Attestare:meosvultus cur cedis:et ora?
Hunc annas igitur cinctum custode/remisit
Ad generū Caiphā:Caiphas nā forte gerebat
Pōtificis curas/illius sedulus anni.
Ad quē pro tantis tractādis tota cucurrit
Concio scribarum:phariseos et seniores
Assectata duces:eadē quos cura tenebat:
Querebant igitur falsos producere testes: math.xxvi.
Vt dānarevirū posset:multiq; fuerunt circa finē
Testantes falsū:Sed nec cōcordia dictis Mar.xiiii.
Affuit illor̄. Tandē dū multa requirūt: Sz nec ⌋ mar:
Aduenere duo:Dicūt qui accepimus ipsū xiiii°
Dixisse/ut templū sanctū disrūpere possit:
Et triduo reparās rursum ꝓponere totū.
Tum Caiphas tumido surgēs hec ꝓtulit ore : mathe.xxvi°.
Tu nihil aduersum testes:et dicta refellis? mar.xiiii.
Non ne audis quāte deponunt crimina noxe?

Sed dominus tacuit. Caiphas sic querere rursus:
Perviuum te adiuro deum: mihi vera fatere:
Fare age sis ne dei quē dicunt filius ipse?
Tūc ego sum dixit: Cunctiq; videbitis olim
Cum veniam rursū lapsus per nubila celi:
Virtutisq; dei ad dextrā: thronoq; sedentem:
Et reprobis penas statuentē: et p̄mia iustis.
math.xxvi mar.xiiii. Tūc scidit p̄nceps vestes, et cōuersus ad illos:
O proceres nullis iā testibus inquit egemus.
Audistis q̄tum crimen nunc excidit ore?
Blasphemus coram est: decernite qd sit agendū.
Respondēt p̄ceres: Det penas ille supmas:
Nā reus est mortis. Famuli seuiq; ministri
Tūc faciem sputo fedant. Pars altera cedit
Seua humeros colaphis: cedit pars altera vultus,
Incutiens palmas: certantq; illudere ceso,
Dicentes nobis dicas nunc christe propheta:
math.xxvi Quis te pcussit? tua quis nunc ora cecidit?
At petrus interea studiosus cuncta vidēdi:
(Optat enim finis quis sit cognoscere rebus)
Principis vsq; domū, turbas post terga sequt?
Atriaq; ingressus: sese simul igne fouebat,
Affāt. Io.i8 Cū famulis reliquis, qui (qn̄ ancilla monebat)
Affantur petrum. Tu deq; sequacibus vnus
Illius fueras. Petrus sic esse negauit:
Io.xviii. Adiurans hominē q; nunq; nouerat illum.
Tempore post modico: spacio nō āplius hore,
Accedens quidā Malchi cognatus, et ipse
Pōtificis seruus: Petrū conctando rogauit:
Nō ne ego cū reliquis vidi te nuper in orto
Esse illi comitem? mō cū deprendimus ipsū.
Nevade inficias. Nā te tua nota loquela
Prodit: et indigenam declarat te Galileum.
At petrus audaci vultu contraria dixit:
Et non nosse virum cepit iurare: Subinde
Detestatus eum: quem tantus ceperit error.
Tum subito cantum nocturnus reddidit ales.

Mox quoq; cõuertẽs oculos: ſeruũq; miſertus
Inſpexit petrum ieſus: memorẽq; priorum
Verborũ fecit: cum ter ſe nocte negandum/
Dixerat: at petrus concepto in corde dolore:
Egreſſuſq; foras: ſecum defleuit amare.

Ihs mittit̃ a Caipha ad Pilatũ: et a Pilato ad Herodẽ galileæ tetrarchã. Iudas pnĩa ſceler̃ duct⁹ ſe ſuſpẽdit: ager figuli emit̃ ꝛ ihs ab herode ad pilatũ rẽittit̃.

i Amq; rubeſcebat ſtellis aurora fugatis: Math.xxvii.
Paulatim et ceſo lux albeſcebat eoo: Marc.xv.
Cumvigiles turbe chriſtũ ad pretoria ducũt/ Lu.xxiii.
Pilati ponti: qui tunc pro iure quiritũ Iohãn.xviii.
Iura dabat p̃ſes: Nam ſcribe tum ſeniores
Conſilio certo puniri morte petebant:
Nec tamẽ intrarunt turbæ de more tribunal/
Preſidis: ut nõ ſint polluti: paſcha volebant Iohan.xviii.
Manducare pii. Quare pilatus ad illos
Exiuit dicens. Sed quod nũc crimẽ in iſtum
Affertis? veſtre vel quenã cauſa querelæ?
Reſpondent illi. Si nõ hic eſſet iniquus:
Et ſi nõ operũ factor foret ipſe malorũ:
Nõ equidẽ dura plectendũ morte daremus.
Reſpõdit præſes: Tanti ſi criminis iſte eſt:
Sũmite vos illũ: legeſq; rependite veſtras:
Et mores: veterũ quos vrã volumina patrũ
Cõſeruant: veſtris ſeruatis legibus/ ipſi
Iam dãnetis eum. contra clamatur ab illis:
Non fas eſt nobis leto decernere quenq̃:
Sed tu qui cenſes cauſas: et crimina noſcis/
Accipe: nã noſtrã nixus ſubuertere gentẽ.
Quin etiã auguſto reddenda tributa negauit: Luc.xxiii.
Dum corã regẽ iude ſe prædicat eſſe.
His monitus dictis/ intrat p̃toria præſes/ Math.xxvii.
A xp̃o querẽs: Rex nũquid (vera fatere) Iohan.xviii.
Ipſe es iudeũ? Cui xp̃us nõ mihi regnũ

Ex hoc est mundo dixit. Nam si foret inq̃:
Pro me stare meos spectares nẽpe ministros:
Nec data iudeis in me foret vlla potestas.
Ad quẽ pilatus: q̃ sis rex ergo fateris?
Respondit dñs. Dicis. Sed crimina multa
Cum cõtra fingãt instructi: cunq̃ dolosi
Math. xxvii. Circũstent testes/mendacia vana loquti:
Non cuiq̃ verbum christus post ediditvllum:
Ipse autẽ pses: tum respondere monebat:
Iohan. xviii. Tum miratus erat: q̃ nõ ea falsa refellat.
Et demũ adstantes turbas exiuit: et illis
Nil inquit cause video: Non crimẽ in isto
Inuenio. Sed plus clamabant vndiq̃ turbe:
Subuertit populos veniens modo de galilea
Lu. xxiii. Ad nos vsq̃/noue tradit dũ dogmata secte.
Audiit ut preses/galilee noia terræ/
Imperio herodes quã tunc tetrarcha tenebat:
Vt gratũ faceret regi: quẽ rursus amicũ
Esse sibi exoptat: nam lis diuiserat illos:
Mittit ad herodẽ christũ: Nã subditus ipsi
Est ratione soli natalis/facta repente est
Math. xxvii Pax inter dños: misso iam munere tanto.
Interea iudas ut christo fata parari
Vidit: et ad mortẽ totã cõcurrere turbam:
Penituit tanti sceleris: Trigintaq̃ nũmos
Rettulit ad scribas: Peccaui deniq̃ dicens:
Proditor ipse fui iusti nã sanguinis huius:
Cui scribe referunt: hoc sed qd ptinet ad nos?
Videris ipse tuũ factũ: quos rettulit ipse
Argenti nũmos/tẽplo proiecit: et vltro
Inde abiens laqueo sese suspendit ab alto:
Accipiunt nũmos mercedẽ sanguinis illi:
Sed nõ esse rati fas/illos corbona seruet
Muneribus mixtos: p̃ciũ qa sanguinis esset:
Emerunt agrũ figuli: quo inferre liceret/
Quosq̃ peregrinos defũctos. Nomẽ et illi
Fertur acheldemach: hoc est a sanguine campus.

Astitit vt christus/coram iam letior illum — Luc.xxiii°
Accipit herodes:hominē qui et signa videre
Tempore iā multo cupiit:Sed copia nunq̄
Ante fuit:Primū tunc est oblata potestas:
Cum celebris causa festi veniisset in vrbem:
Herodes igitur multo sermone monebat:
Orabatq̄ loqui christū:Sed reddere verbum
Non vllum voluit christus/licet ille rogaret:
Tum quoq̄ non cessat:non accusare remittit:
Turba sacerdotum:qn id constantius vrget.
Hunc ergo herodes spreuit:stolidūq̄ putauit:
Illudensq̄ illum:vestem superinduit albam:
(Mos erat is gentis stultis hoc addere tegmen)
Post tanq̄ stultū Pilati ad iura remisit.

Pilat⁹ p̄sulit iudeis vt xp̄s dittaf:qa vxor sōniauerat. Ies⁹ induif purpura:⁊ corōa spinea:⁊ arūdine.
Pilat⁹ sedit p̄ tbunali in licostrato:Lauit man⁹ et
t̄didit xp̄m iudeis

a T postq̄ christus sic est a rege remissus: — Luc.xxiii.
Tunc iterū preses turbis et plebe vocata
Sic ait:ecce hominē quē vos subvertere gentē
Dixistis:Corā vobis spectantibus ipsis
Discussi:Sed nulla necis iam causa reperta ē:
Morte nihil dignum video:nec morte perire
Par erit insontem:quē nil peccasse docemur.
Hoc etiam herodes censet:cū nil capitale
Dixerit aduersus.Sed tantum simplicitatis
Illusit:niueū dū supra induxit amictum:
Emendādo virum:Seuis cedāq̄ flagellis. — Luc.xxiii.
Post missū faciam:Nam festi iure diei:
Vnum devinctis mos ē e/carcere mitti.
Scilicet hec preses dixit:nāq̄ ipse videbat
Inuidia motos iudeos tradere christum: — math.xxvii°.
Tum quia ius dicens solito dū more sederet/
Impiger vxoris venit sic nuncius orans:
Supplicat hoc precib⁹ tua te vehemētius vxor/

Nil facías illi iuſto pilate moleſti:
Plurima propter eum paſſa eſt: ꝑ nāq; quietem
Ante oculos eius verſata eſt triſtis imago.
Io.xviii. Tunc populus monitus per ſcribas: ⁊ phariſeos:
Non hūc. Sed barrabā/clamat de carcere mittas.
At barrabas latro fuerat: qui nuper in vrbe
Sedicio cum nata foret: ſe ſedicioſis
Miſcuit: atq; hominem/crudeli morte pemit:
Propterea fuerat plectēdus carcere truſus:
Luc.xxiii. Tunc igitur Ieſū cedendum fuſtibus affert
Io.xviiii Militibus preſes. Capiti cōpreſſa corona eſt
E ſpinis: multum que tēpora cincta cruentat:
arūdi. math. Tum quoq; purpureo ceu regēveſtit amictu:
xxvii. Pro ſceptro et ſacrā redimiunt arundine dextrā:
Ad quē ludendum veniunt: et poplite flexo/
Vt regem iude ſpernentes ore ſalutant.
Hic faciem ſputo fedat: Sed arundine cedit:
Ille caput: rurſus preſes perduxit ad illos:
Hinc ait ecce hominem duco. Scitote necvllā
Q̄ cauſam inuenio. Corā tunc prodiit ergo
Ad populum Ieſus: preſſa ceruice corona:
Io.xviiii. Veſteq; purpurea regali tegmine cultus:
Hūc cū vidiſſent: illo cum tegmine turbæ:
Et caput e/ſpinis punctum diademate duro:
Clamabant confige cruci: confige merentem:
Cum lex noſtra mori iubeat quicunq; fatē
Se genitum de patre deo: pilatus ob illud
Extimuit: Rurſum repetens pretoria ſedit:
Et ieſum interrogans: dicebat que ſit origo
Dic tua: fare mihi. Reſponſū nō dedit illi.
At pilatus ei: Cur nō mihi faris? an illud
Neſcius ignoras? ꝙ ſit mihi tanta poteſtas:
Io.xviiii Vt tibi tāvitā q̄ mortem tradere poſſim?
At nullā ieſus me cōtra prorſus haberes
Vim: cōceſſa foret niſi iam tibi deſuper illa:
Tempore iā ex illo preſes meditatur: vt ipſū
Dimiſſum faciat: Mentē ſed plurima turbant:

Nāq; timet populum. Populus ꝓgnouerat illud:
Quare quo timeat magis ⁊ magis ille reclamat:
Hunc si dimittas:non es censendus amicus
Cæsaris:Omnis enim qui regē se esse fatet:
Cesareo iuri certe contrarius ille est.
Tunc magis extimuit preses sermonib⁹ istis:
Propterea cernens frustra tentare salutem/
Illius:et magnum fieri tota vrbe tumultum:
Exiit ad turbas:Christū ꝓduxit et ipsum:
Ascenditq; nouum dicturus iura tribunal: Io.xviiii
Nēpe locū veteres dixere licostraton illum:
Alta tribunalis quo tunc subsellia fixit:
Gabata iudei dicunt:Nāq; hora diei
Sexta fuit:Magni post quā venit altera festi:
Tum residens scāno præses sublimis in alto:
Ecce iterum rexvester adest/ Senioribus inquit:
At scribe et populi primores/ore frementes/
Tolle hominē:confige cruci:confige merentē:
Nō etenim regem(ni rex sit cesar)habemus.
Tunc accepit aquam preses:manibusq; lauat̄ math.xxvii°
Sic ait ad turbas:Sū certe a sanguine iusti
Innocuus.penitus tāti sū criminis expers.
Sedvosvideritis.Populus respondit ad illud:
In nos quicquid erit factū nōn iure redūdet:
Atq; super natos nostros sit demq; sanguis.
Tūc demū baraban Pilatus misit inulctū:
Tradidit et christū iudeis morte necandum.
Sed prius est illi regalis purpura adempta: math. xxvii°
Et propria est iterum quam gessit redditavestis. mar.xv.

Iesus ducitur a iudeisvt crucifigaf/et a Simone
Cyreneo in portanda cruce adiuuatur.
Iesus ad mulieresversus/ventura p̄dicit/⁊ tandē
in Caluariā tractus:mysteria passiōis ꝓsumauit.

Postq̄ iudeis est christi facta potestas:
Accipiunt illum:magnoq; furore trahētes/

Vt cruce ſuſpẽdant/properant qdcũq; neceſſe ẽ:
Ianq; foras fuerant egreſſi ex vrbe ruentes:
Simo. math. Cũ forte aſpiciunt redeuntẽ rure Simonem/
xxvii. Cyrene genitum. Mox illũ tollere cogunt:
Marc.xv. Et portare crucẽ chriſti poſt terga ſequentem.
Luc.xx.iii Turba ſequebatur mulierũ:tũq; virorum/
Turba. lu xv Plangentum:multis et lamentata querelis.
Ad quam conuerſus chriſtus/ſic ore loquutus:
Nolite o ſolime matres mea funera flere:
Flete ſuper natos veſtros:etvos ſuper ipſas.
Nã veniet tempus:cum dulci prole carentes/
Et que non natos lactaruntvbere matres:
Hoc quia prole carent/ſe dicent eſſe beatas.
Orabunt montes:venientvt deſuper altos:
Obruatvtq; caput moles a collibus acta.
Deuenere locum tandem: quẽ golgata dicũt:
Math. xxvii Et quem romano dicas caluaria more.
Mar.xv. Tũc mixtum felliuinũ tribuere bibendũ/
Luc.xxiii. Carnifices chriſto:quod cũ guſtaſſet amarũ:
Io.xviiii Non bibit.hinc nudũ ſtatuũt:miſereq; trementis
Proſternunt ſanctũ corpus tellure ſupinum.
Et cruce confoſſis diſtendũt brachia palmis.
Inde pedes tractos:tantũ q; ab oſſibus oſſa:
Et nerui a propriis diſcedũt arctubus omnes.
ꝑmũvbũ Parte ſub extrema figunt in robore ligni.
Luc.xxiiii Tunc clamans ieſus ſic pro tortoribus orat:
Iis ignoſce pater:quia non ſua crimina noſcunt:
Nec ſua factavident:credũt ſed cede litare.
Tolliẽ ergo deus ſua brachia paſſus in altũ:
Atq; duo ſecũ tollunt iure/nocentes.
Math.xxvii. Alter erat dextris pendens:alterq; ſiniſtris.
Marc.xv. Preterea mortis cauſam deſcripſerat alta
Io.xviiii In cruce pilatus:Ieſus de Nazarethvrbe:
Et rex iudeum pendens eſt iſte profecto.
His fueratverbis in ſũmo ſcripta tabella/
Hebreis ſimul et grecis/pariterq; latinis.
Hoc ſcriptum quidam nõ equa mẽte ferentes

Pilato dicunt: Noli describere regem:
Sed quia se regem dixit. Tunc talia preses
Respondit: Titulū scriptum/nec crimina mutem
Quod scripsi: scripsi. Maneāt q̄ scripta legunt̄:
At postq̄ fuerat iesus sublatus ad alta
Carnifices partes vestis fecere quaternas. Math. xxvii.
Quisq; suā capiens. Tunicā sed rettulit vnus: marci. xv.
Quē sors ferre dedit totā: nō illa soluta est: Iohā. xix.
Cum neq; scindendus tantus fit visus amictus.
Nā tunica interior ptes ꝑtexta per oēs: Nā tunica. ⌋
Artis opus mire fuerat: nec sutile tegmen. iohā. xviiii
Interea genitrix christi. Marieq; sorores
Discipulusq; simul: multū quē iesus amauit Iohā. xix.
Astabant iuxta lignū: multoq; dolore
Confecti: ut lassos regeret vix spūs arctus:
Quos cū vidisset sublimis in aere natus:
Sic ait ad matrē: Mulier nō ipsa relicta es Scōm
Filius ecce tuus. te isto solabere nato
Discipulo rursus dicens. hanc accipe matrē. Tertiū
Ecce tua est genitrix: ex illa protinus hora
Discipulus matrē Mariā sibi cepit habendā.
At dū nostra salus/sublimi in robore pendet mathei. xxvii
Iactabant illi: cur non descendis ab alto? mar. xv.
Si natus de patre deo? Discrimina pelle Lu. xxiii
Te saluū faciens: alios cum feceris olim
Hoc si viderimus credemus protinus oēs. mathe. xxvii.
Nec minus ex illis iuxta pendētibus alter/ mar. xv.
In dīm blasphemus erat. Nā versus ad ipsum Lu. xxiii.
Dicebat. Si certa dei proles: si filius ipse es
Fac nos a tanto tecum discrimine saluos.
At alius latro: dextra/quia parte luebat
Acriter incusat sotium ꝙ talia dicat/
Aduersus christū: dicens cur ore lacessis
Hunc iustū? nullo qui dat pro crimine penas
Nos capimus nr̄is digna hec nā p̄mia factis.
Insup ad christū versus: sic ille rogabat
Sis memor o nr̄i. proles certissima sūmi

Regis celicolum: tunc cum tua regna tenebis.
Ad quē reſpondens: hodie ſublimia celi
Ipſe comes mecum ſcandes: Ciuiſq; manebis
mar. xv. Eternum placidi genitor quo regnat olympi.
Lu. xxiii. Preterea q̄tum poſt ſextam labitur horam
Temporis/ ad nonam: tm̄ coopta tenebris
Tota fuit tellus: Solitum nā fundere lumen
Ceſſauit phebus: ceu chriſti fata doleret.
Math. xxvii. Circiter at nonā/ magna de pectore voce
marci. xv. Clamauit dn̄s/ ſermonem qui incipit hely:
Quintum Hoc eſt ut quid me liquiſti maxime rector
Celorum: terreq; deus? Sed vulgus ineptum
Q̄ vocet heliā credit: iam cernite dicens:
Helias an preſtet opem: veniatq; vocatus:
Vt cruce deponens ex alta liberet ipſum.
Iohā. xix. Et tandem xp̄s ſeries quo tota prophetum
Cōſumata foret: languens ſitienſq; popoſcit
Sextum Vt potum exhibeāt: currens tunc ocyus vnus/
Admouit labris dn̄i ſitientis acetum:
Math. xxvii Spongia pro cyatho/ cōfixa eſt cuſpide canne:
mar. xv. Q̄ cum guſtaſſet renuit: tū protinus inquit:
Septimum Iam cōſumatū eſt: cōpleuimus omne q̄ ante/
De me cōſcripſit venturū ſancta vetuſtas.
Quare poſtremo rurſus clamauit: et inquit:
Lu. xxiii. O pater hanc aīam iam tandē ſuſcipe queſo:
viii. Ioh. xix. In manibuſq; tuis requieſcat ſpūs ipſe.
Math. xxvii His dictis dominus caput inclinauit ad ima:
Emiſitq; animā ſanctā moribūdus ad aſtra.
marc. xv. Tuncvelū templi ſciſſū de culmine ſummo
Lu. xxiii. Ad terrā: parteſq; duas ſeceſſit in equas.
Preterea tellus tremuit/ cōmotaq; tota eſt:
Et lapides ſciſſi: Sunt et monumenta recluſa:
Ex quibus a ſōno ſanctorū corpora multa
Surrexiſſe ferūt: in ſancta pluribus vrbe
Seſe mōſtrarūt/ clara ſub luce per auras.
Et quia feſta dies iudeis proxima lux eſt:
Nec fore rem dignā viſum: q̄ corpa feſto

In cruce penderent: a preside facta potestas
Cruribus vt fractis festinent tradere morti:
Et cruce deponant: Tortores crura duorum
Fregerunt: fatum donec videre supremum.
Frangere crura dei simili cum sorte parārēt:
Viderunt functū. Quare tūc cuspide ferri
In latus insultat miles: quod vulnere apertū
Reddidit ingenti: Manarūt sāguine lymphe
Admixte et longam rigue fluxere p hastam.
Candide lector habes serie tibi nēpe relatam:
Vt moritur dominus: faciat quo viuere seruos:
Vtq; bonus pastor perit: quo seruet ouile:
Viuere iam studeas quādo mors oīs adepta ē:
Et patet ad certā latissima semita vitam:
Nunc moritur nullus: nisi qui nō viuere curat.

Poete oro ad deū loco pclusiōis totiꝰ opis
a St ego sūme pater: posset tibi siqua referri
Gratia/tentarē: quo munera grata referrē:
Hoc quia per tantos me miseris ire labores:
Quos olim fueras humano corpore passus:
Sed quia nemo tibi posset persoluere grates
Dignas: et meritis a tevenientibus equas:
Cum neq; qui debet/par sit cui debita res est:
Sat mihi sit sūmum te noscere: meq; pusillū:
Et dare que nequeo/tibi me debere fateri.
Hoc orem potius supplex/o Conditor orbis:
Vt non incassum fueris diuenditus olim
A iuda: et tanq; latro per tempora noctis
Captus ab impuris: Prestricto fune ligatus:
Et ductus preceps: Cūctis desertus amicis:
Nevevelis frustra pro nobis sanguine fuso
Tot mala sis passus: Profit tua mēbra flagellis:
Et faciem cesā palmis: humerosq; : caputq;
Pulsatum totiēs a seua gente fuisse:
Profit q; sputo multum fedatus: et ora/
Illusus fueris: per ludū rexq; vocatus:
Qd tibi purpureus super ē inductus amictus.

Et data pro sceptro fuerit ꝙ vilis arundo:
Qꝺ simul herodes niueo tevellere texit:
Vt pote qui stolido similem te censuit:atq;
Posit mite caput ꝙ sensit arudinis ictus:
Confossūq; fuit spinis:et fronte cruenta
Irrigui fontes manarunt inde liquoris.
Nec minus ad nostrā conuertas illa Salutē:
Que lassus portando crucem/tormēta subisti:
Dū tibi mēbra labant:vtus dū deficit omnis:
Scandenti montē.ligni dum pondere pressus
Sæpe cadis:nullo te de tellure leuante:
Sed traheris dure:nullo miserante labores.
Insuper etvinum mixtū/qꝺ felle bibisti/
Posit ꝙ manibus passis sublatus ad alta/
Irrisus turpi dederis spectacula genti:
Vulnera que claui manuum fecere/pedūq;/
Et laterisvulnus fecit quod ferrea cuspis:
Omnia pro nostra fuerint nouvana salute:
Et prodessevelis que pendensverba loqutus/
Ad matrem:et sotium:testatusvoce dolorē:
Queq; prius fatus dū pro tortoribus oras:
Illa etiam dextro que dixtivba latroni:
In cruce dum pendes:Tū ꝙ clamaueris heli:
Qꝺ consumatum:Sitiens ꝙvina petisti:
Qꝺq; animā mandas manibus post omnia prīs:
Lancea:sint claui:sit spongia:tum sit arūdo:
Que tibi non bibitum sitienti misit acetum.
Deniq; non frustra mixtas cū sanguine lymphas
Sparseris:invanum tellus madefacta cruore
Non fuerit sacro:vestes nec sanguine tincte.
Da pater emptorem simul vt res empta sequaē:
Quando quidē precium nō estvulgare solutū:
Nos res empta sumus:nr̄ tu christe redēptor:
Et tuus est sanguis preciū.Da laueritvt nos
Vnda tui lateris:Qꝺ sit sic noxia culpa
Diluta:vt turpis non stentvestigia labis.
Sic nitidi facti simus:sicveste decora:

Intervt electos numeres nos quãdovocabis:
Inter cõuiuas ſacriſq; accumbere menſis
Nos dignere tuis:qui cũcta in ſecula regnas:
Cũ patre:et ſancto qui replet Spiritus orbẽ.

Poetæ ḡtificatio ad lectorẽ

Anqvale lector:queris ſi noſcere nomẽ
Auctoris:dedit ꝛ̃ Mãcin⁹ carmen amicis
Et xp̃i famulis:maius qui traderevellet:
Si poſſet maius: tamen hoc ſatis eſſe putauit
Indicium mẽtis:q̃ ſit prodeſſe paratus
Omnibus:vt memores facti per carmina/ mort̃:
Quã ſubiit chriſt⁹:pprie ſint inde ſalutis
Admoniti:et ſolita chriſti nos morte mereri
Eternevtvitæ ſint nobis gaudia:lector
Salue iterũ: Clauſovenit iamveſper olympo.

Finis.

Do. Manci. oratio adv̄ ginẽ.

Salue certa ſal⁹mũdi Sãctiſſima Virgo/
Confugiũ lapſis/Præſidiũq; bonis.
Alma parens ſũmi regis:tũ filia ſalue:
Fida hominũ tu ſpes:Celicolũq; dec⁹.
Virgo ſacri regina poli:Tu ſola tonantem
Flexiſti in thalamis Cui ſotiata fores.
Solavtero ſanctum meruiſti ſtringerev̄bum/
Abſqviri tactu/Numine facta parens.
Virgo tui patris genitrix:et filia nati:
Sola es que ſaluavirginitate paris.
Clara Dauid ſoboles:et Ieſſe clara ꝓpago:
Clara es qveter̄ ſanguine nata ducum.
Clarior at multo es:quia mũdi maximus auctor
Sanguinevirgineo naſcitur ipſe tuo.
Et quia cũ peteret terras rex ſũmus ab alto/
Es ſola hoſpitio digna reperta ſuo.
Hoſpita ſola capis quem totus nõ capit orbis:
Et qui cũcta capit hoſpita ſola capis.
Secula non fuerãt:cũ tu pulcherrima facta es:
Omnibus es rebus tu quoq; facta prius.

Te nihil ante fuit:poſt te fit pontus et ether:
Et librata ſuo pondere terra loco.
Ante quidē facta es:q̄ lex prefigit vndis:
Ne poſſint fines tranſiliiſſe ſuos.
Ante mare et terras regi formoſa placebas:
Solus amor fueras:delitieq; patris.
Tu coram domino ludebas tempore in omni:
Perq; omnes fueras leta puella dies.
Cunctaq; cōponens aderas in parte laboꝝ:
Ipſe pater tecum conficiebat opus.
Per te clauſa diu reſerata eſt ianua celi:
In patriam exulibus ianua ſola pates.
Te ſine vel nullus remeabit ad atria patris:
Te duce ſed quiſq; regna ſuperna petet.
Rex ſuperꝝ magne merito te preficit aule
Que per te nobis iam reſerata fuit.
Tu cauſas oras hominū:tu crimina purgas:
Tu demum reduces nos pia virgo facis.
Sit licet infenſus lapſis pro crimine iudex:
Aſſiduis precibus flectitur ipſe tamen.
Concilias homines nato:quos culpa remouit:
Adveniam nihil eſt te genitrice prius.
Et quos ipſe ſemel pendēs a morte redemit:
Nos redimis ſepe continuaq; prece.
Emicuit cecis p te lux maxima terris:
Per te ſol radios fundit in orbe ſuos.
Per te quiſq; poteſt ſub lucē carpere callem:
Quiſq; poteſt per te pergere tutus iter.
Errabant omnes confuſa nocte tenebris:
Nec fuit aſtriferi ſemita nota poli.
Lactea nunc ſplendet/via tuta micātibus aſtris:
Omnia nūc ſole ſunt radiata tuo.
Nec tua lux.ſolum nobis oſtentat olympū:
Quin etiā terris cuncta ſecunda facit.
Nunq̄ lenta venis rebus ſuccurrere noſtris:
Et deſperatis tu quoq; rebus ades.

Res fluitent q̃uis hinc inde furẽtibus auſtris:
Non tamen immergi virgo vocata ſinis.
Dirigis ad portum qui te colit alma ſalutis:
Siue erit in terra: ſiue erit ille mari.
Nõ ope deſtituis quenq̃ te diua vocantem:
Te multum q̃uis leſerit ipſe prius.
Rebus in afflictis ſpes es fidiſſima cunctis:
Seu erit hebreus: ſeu quoq; Turcus erit.
Sæpe iuuas hoſtes: aduerſaq; tela ferentes:
Tanta tibi eſt pietas: et pietatis amor.
Quicquid formoſi potuit natura creare:
Id tibi collatum vel vehementer erat.
Nec tibi pars ſteterat: que nõ miranda fuiſſet:
Nulla vel in toto corpore menda fuit.
Te quanq̃ ſtudio ſpectaret turba virorum:
Nulla tamen per te mota libido fuit.
Stellabant oculi/facies ſuffuſa rubore:
Vnde iubar ſolis egregiũq; decus.
Balſama nõ tantũ mittunt: nec nardus odorẽ:
Quantum tu ſimplex ſancta puella dabas.
Tu flos perpetuus: q totovernat in anno:
Lilia vincebas: purpureasq; roſas.
Sic cunctas matres ſuperabas: atq; puellas:
Lactea ceu multas vna columba nigras.
Augebatq; decus per te geſtatus invlnis
Paruulus: et multo pulchrior ipſe puer.
Ille ſinu matris ludit dum paruulus infans:
Surgebant cordi gaudia quanta tuo?
Dũq; tibi ridens pendebat abvbere natus:
Felix pre cunctis tu ſua mater eras:
Nõ graue põdus erat dũ nectit brachia collo:
Illa quidem fuerat Sarcina grata tibi.
Geſtabas illum: qui tecum cuncta ferebat:
Illum lactabas: qui pater orbis erat.
Nunc aſſumpta ſuper celorum culmine fulgens
Ethereis thalamis virgo locata ſedes:

Rexvbi ſtellato ſolio ſubnixus:et alto
Virgineum merito cinxit honore caput.
Virgo coronata es regno ſublimis olympi:
Et tibi de terrisvirgo corona data eſt.
Te circū angelice certant laudare caterue:
Certatim a cunctis esvenerata choris.
Te laudant aciesvirtutum ſacravirago:
Militieq; omnis te ſacer ordo colit.
Tu radios phebivincis:tu cornua phebes:
Lucifero præſtas:et ſuper aſtra micas:
Splēdidior gēmis:fuluo quoq; pulchrior auro:
Vt res conferri non queatvlla tibi.
Clarior es multo:q̄ poſſet fingier arte:
Nec potes anguſta maxima mente capi.
Deficientvatum mētes:et tota poeſis:
Si pergant laudesvelle referre tuas.
Ovtinā tandē poſſim te cernere coram:
Et quā contemplor/poſt mea fata fruar.
Interea noſtros virgo ſanctiſſima greſſus
Dirige:nā durus obſidet hoſtis iter.
Non ſine te tuti per tot diſcrimina mundi
Tendimus:o noſtras ſuſcipevirgo preces.
Inſtar enim mundus fertur conuallis opace:
Que modicū interiusvt puto lucis habet.
Interius multi laquei tenduntur ab hoſte:
Maior et egreſſu tenditur arte dolus.
Nos rege dumvallis ſiluas erramus opacas:
Et rege cum triſtis exitus eius erit.

FINIS.